



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

XLVII. Item commendatitiae litterae ad Abatem notum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

182 MARCVLF MONACHI  
nè. Etenim in tam longinquis re-  
gionibus, propter necessitates fra-  
trum comparandas cuntes, vestris  
Christo præsule adminiculis fulciā-  
tur, pro quibus beneficiis centupli-  
cato fœnore, à Domino retributo-  
re bonorum omnium refertā mer-  
cedis sommulam in eum recipiatis  
dignissimam. Dominus Deus no-  
ster piā coronam vestram memo-  
rem mei, & præsentibus repleat bo-  
nis, & dignam reddat æternis. Dom-  
ne semper meus.

XLVII. ITEM COMMENDA-  
tio litteræ ad Abatem notum.

**D**omino beatissimo, & meri-  
tis venerando, patri illi Abati.  
Ille in Domino perpetuam mittit  
salutem. Multimoda nobis, beni-  
uolo vestro, generare comperite  
gaudia, quotiens aditus dederit  
oportunos, ut ad indagandam so-

spitatem vestram , nostras dirigere  
debeamus litterulas : idcirco cum  
salutationum officiis , humili prece  
almitati vestræ quæsumus , vt pro  
nobis misericordiarum dominum ,  
vbi dignas sedulasque funditis præ-  
ces , exorare non dedignemini , qua-  
tenus vestris fulti precibus , olim  
optatam adire mereamur patriam ;  
Pariterque latores præsentes , famu-  
los vestros , fratres in Christo no-  
stros , quos ob necessaria mona-  
sterij nostri , illuc vsque destinaui-  
mus , vestræ beatitudini plurimum  
commendare præsumimus , vt eis  
quod necessarium duxerint sola-  
tium præbere , pro diuino intuitu  
non dedignetis . Vale pro nobis  
orans , domne & sancte , ac beatissi-  
me pater .